



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Secretarii Obligationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

quàm pro Assistentibus, & Admonitore eligendis, ab eo capi possunt; *e* immo si contingat ante electionem Generalis alia negotia, ad eam non spectantia tractari, ad illa admittendus est. *f* Habet etiam jus suffragii, quodcumque agitur de Domo aliqua, vel Collegio dissolvendis, non obstante Dec. 23. C. 4. *g* Potest idem creari Assistentis; quamquam melius sit hæc munera in diversis Personis constitui. *h* Habet plures Substitutos, & Socios; quibus in scribendis literis adjuvatur; qui licet sub obedientia Vice-Præpositi, & Ministri Domus sint constituti; tamen poterit eos, cum ipsius postulat Officium, aut recreationis causa, foras mittere; & cum illis, si necesse fuerit, in ordine domestico dispensare. *i*

e C. 4. D. 11. & C. 6. D. 25. §. 12. & Form. C. Gen. §. 60. & Con. Prov. §. 8. *f* C. 12. D. 1. & C. 13. D. 2. *g* C. 4. D. 27. *h* C. 1. D. 89.

i R. Secr. 42. & Subst. 3.

S E C T I O II.

De Secretarii obligationibus.

HÆc circa ejus munus, dotes, & Privilegia. Sunt præterea auctoritate Congregationis Generalis approbatæ, atque editæ ipsius Regulæ, *l* quarum summa capita huc referenda.

l C. 7. D. 30. & 101.

1. Curet Secretarius, ut talis sit, quarum Constitutiones requirunt, Tempus

Quid in se præstare debeat.

Dd 2

ora-

orationi, & sanctæ Missæ destinatum à negotiis vacuum habeat. Sit fidelitatis, & secreti tenax, Instituti gnarus, sollicitus, & industrius. *m*

m R. Secr. 1.

2. 3. 4. 5.

*Quid circa
Archivium.*

2. Archivium habeat ad servandas Scripturas omnes, Societati utiles, suis distinctum loculamentis, instructumque Libris, in quos, pro materiarum diversitate, singula referri possint. Peculiares etiam pugillares libellos, ad juvandam memoriam, secum ferat. *n*

n R. 6. 7. & 22.

23. 24.

*Quæ Generali
in memoriam
revocanda.*

3. Revocet P. Generali in memoriam literas scribendas, Consultationes habendas, Officia præstanda Principibus, & suggerendum quartum Professorum Votum novo Christi Vicario. In Consultationibus fideliter, & dilucidè rem proponat; ut nihil de facto reliquum discussioni sit, sed solum de jure. Suffragia pro defunctis, & alias preces indictas curet celeriter Societati significari. *o*

o R. Secr. c. 2.

*Quomodo
ad executionem
eundem juvare
debeat.*

4. Manus officium præstabit, tum negotia foris agendo, tum literas Domi scribendo. Leget omnes literas sibi traditas, excerptis præcipuis earum capitibus, & Provinciis curabit communicari quæcumque ad Instituti explicationem, confirmationem, aut extensionem pertinent. *p*

p R. c. 3.

*Fidelitas, ac
secretum qua.*

5. Fidelitatem erga Generalem observabit,

vabit, si nihil clam Generali scribet, aut
 agat; si illi significabit quidquid ejus pro-
 videntiâ indigeat; si nullam sibi guberna-
 tionis partem usurpabit. Erga Societatem
 verò, si interveniente causa cogendæ Con-
 gregationis Generalis, ipse eam, neque
 dissimulet Assistentibus, neque deserat. Se-
 cretum custodiet, tum nihil aperiendo ea-
 rum rerum, quas secretas esse oporteat; tum
 Archivi scripturas cautè conservando: &
 in obitu Generalis tempestivè omnia ejus
 scriniola obserando. ¶

q R. c. 4.

6. Assistentes, utpote lectos ad majus
 officium, reverentur; nihilque ad eos per-
 tinens sibi usurpet. Illisque communicabit
 literas omnes (excipiuntur soli inscriptæ)
 quæ ultro citroque mittuntur, Instructio-
 nes etiam, & Ordinationes; prout aliqui-
 bus, aut universis ostendi ipsarum argu-
 mentum postulaverit. ¶

Ratio agendi
 cum Assistenti-
 bus.

r R. c. 5.

7. Sociorum curam geret, tum ut offi-
 cio fungantur suo, tum ne ejus laboribus
 obruantur. Peculiarem unum habeat ad
 manus, ad omnia negotia; & præcipuè
 ad expediendas literas, earumque expensas
 adnotandas. ¶

Cum Sociis.

s R. c. 6.

8. Cum aliis de Societate nullam aucto-
 ritatis speciem præferat: nulli præcipuè
 faveat. Externis autem se gratum religiosè

Et cum Dome-
 sticis Externis-
 que.



* R. c. 5, 6, 7.

*De ratione
scribendi lite-
ras.*

* R. c. 8.

* R. c. 9.

præbeat; & verba ipsa, nedum nego-
tia, ex voluntate Generalis metiarur.

9. Ratio autem scribendi literas cum
Religiosa semper debeat esse; alia tamen
adhibenda cum Nostris, nempe usitata So-
cietatis; alia cum Externis, nempe attem-
perata conditioni Personarum, & praxi.
At utrobique Generalis voluntatem atque
ingenium exprimat. * Demum ei cura
injungitur, & dictatur modus annuas li-
teras colligendi, spargendique per Socie-
tatem. *

S E C T I O III.

*De Secretarii Sociis.**Quinam di-
cantur Substituti
Secretarii.*

y R. Subst. 1.

*Eorum obliga-
tiones.*

I. **A**Djunguntur Secretario singuli pro
singulis Assistentiis Patres; qui à
Vicaria, quam ei præstant, ope dicuntur
Substituti: habent & ipsi suas Regulas, sed
magna ex parte conformes Regulis Secre-
tarii. y

2. Subjecti sunt Vice-Præposito, quoad
domesticam disciplinam attinet: in iis, quæ
ad Secretarium pertinent, Secretario; ut
supra dictum. Non ita suis Assistentiis sunt
addicti, ut aliis etiam non debeant com-
modare operam, si jubeantur; quin &
Scrip-